



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Ordo Benedicendi sponsum & sponsam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.
Kyrie eleison. ter.

V. Benedicat, & exaudiat nos Deus.

R. Amen.

V. Procedamus cum pace.

R. In nomine Christi.

V. Benedicamus Domino.

R. Deo gratias.

Matrimonio rite celebrato, Parochus paternè sp̄.os monebit, Christianos de cere, in ea celebratione à saltationibus chōreisq; abstinere, vt canone cautus est. Notabit verò ipse quā primū in libro Parochiali matrimoniorū proprio nomine coniugium, & testium, diem præterea, annum, & locum cōtracti matrimonij ex formula prescripta: quem librum apud se accuratè custodiat.

ORDO BENEDICENDI sponsum & sponsam.

Sponsus & sponsa ante consummatio nem matrimonij peccata cōfessi, veniunt statuto die in Ecclesiam parochia lem sponsæ: ubi loco decenti Missam genibus flexis audiunt. Parochus autem, sa cerdosve pro sponsis Missam celebrat, vt in Missali, nisi celebranda erit de Dominicā, aut de sancto: tuncq; fit commemo ratio pro sponsis.

In Missa datur pax sponso primū, deinde sponsæ præbetur etiam sacra cō munio sponsis.

Celebra ta Missa, & deposita planetā, & manipulo, Parochus ante altare sponsis genuflexis dicit.

V. Deus in adiutorium meum intende.

R. Domine ad adiuandum me festina.

Gloria Patri. &c. Sicut erat. &c.

Haleluia. Kyrie eleison, ter.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo. Oratio.

D eus, qui de potestate virtutis tuæ de nihilo cuncta fecisti, & depositis vniuersitatis exordijs, homini ad imaginem tuam factō ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti, vt fēmi ne corpori dares de virili carne principium: docens, quod ex uno placuissest institui, nunquam licere disiungi. Deus,

qui tam excellenti mysterio coniugalē copulam consecrasti, vt Christi & Ec-

clesiæ sacramentum præsignares in fœdere nuptiarum. Deus per quem mulier iungitur viro, & societas principaliter ordinata ea benedictione donatur, quæ sola nec per originalis peccati pœnam, nec per diluvij est ablata sententiam.

Respice propius super hanc famulam tuam quæ maritali iungenda confortio, tua se expertit protectione muniri.

Sit in ea iugum dilectionis, & pacis: fidelis, & casta nubat in Christo: imitatrixque sanctarū permaneat feminarum.

fit amabilis vt Rachel viro suo; sapiens vt Rebecca: longua, & fidelis vt Sara.

Nihil in ea ex actibus suis ille auctor prævaricationis usurpet: nexa fidei, charitatisque vinculo, permaneat vni thoro iuncta; concubitus illicitos fugiat; muniat infirmitatem suam robore disciplinæ.

Sit verecundia grauis, pudore venerabilis, doctrinis &c letibus erudita: sit fœcunda in labore,

fit probata, & innocens; & videat filios filiorum suorum usque in tertiam & quartam generationem, & ad optatam perueniat senectutem; & denum ad beatorum requiem, & ad regna perduratæ coelestia. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Deinde Parochus cum clero dicit Psalmum. 127.

Beati omnes qui timent Dominū, &c. usque ad finem.

Glória patri. &c. Sicut erat, &c.

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Saluos fac seruos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

V. Mitte eis domine auxiliū de sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Domine exaudi orationem nostram.

R. Et clamor noster ad te perueniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo. Oratio.

D eus Abraam, Deus Isaac, & Deus Jacob sit vobiscum: & ipse adimplat benedictionem suam in vobis, vt

videatis filios filiorum vestrorum usq; ad tertiam, & quartam generationem.

Et postea vitam æternam habeatis sine fine, adiuvate Domino nostro Iesu Chri-

sto,